

quid adquisierint, dummodo propter ecclesiam non sit, consanguinei intra quartum gradum capiebant hereditaria bona; secus enim ecclesia, in qua beneficium obtinuerint; si in diversis fuissent beneficiati, omnes participiant; beneficium non habente, cui servitium præstat, hæres erit: *In leg. 5. demandatur, & ratio proponitur, cur Clericorum bona, ab intestato decedentium, absolute propria erant ecclesie, & que probationes efficiendæ, dum dubium aliquid occurreret: In leg. 6. methodus præfigitur, an res à Clerico sit emptæ nomine proprio, seu ecclesie, inquirendi: In leg. 7. de fraudibus, quas Clerici in emptionibus similibus committunt; In leg. ultim. supra est animadvertum, quid sit dispositum. Omnia confer cum additione hisp. hic inserta.)*

## SPONSALIA.

## SUMMARIUM.

- 1 Sponsalia, & sponsus unde dicantur.
- 2 Sponsalia tripliciter potissimum sumuntur, & quomodo.
- 3 Sponsalia proprie accepta definiuntur.
- 4 Ad valorem sponsalium de futuro plura requiruntur. Primo requiritur, quod promissio futuri Matrimonii sit vera, ac tercia, & non ficta, seu simulata.
- 5 Affertur, & solvitur instantia.
- 6 Fidei, aut simulatæ, seu jocose, vel dolose tantum promittenti alteri Matrimonium, quamvis in foro interne non teneatur servare tale promissum; peccat tamen sic promittendo, & teneatur resarcire totum damnum alteri inde secutum.
- 7 In foro externo quovis præsumitur vere, & serio promissæ: Unde ad servandum promissum debet condemnari, nisi legitime fictionem, seu simulationem, aut jocum, seu dolum probet.
- 8 Secundo ad valorem sponsalium requiritur, quod promissio sit deliberata, & libera ab omni gravi metu, & errore circa personam.
- 9 Tertio requiritur, quod talis promissio sit verbis, aut aliis signis externis sufficienter manifestata.
- 10 Quarto requiritur, quod promissio sit mutua, & reciproca ab utraque parte facta.
- 11 Quinto requiritur, quod sponsalia contrahantur inter personas de jure habiles.
- 12 Etas legitima requiritur, & sufficiens, tam in femina, quam in masculo pro contrahendis sponsalibus, est septennium completum.
- 13 Unde sponsalia ante completum septennium unius, aut utriusque, ordinarie sunt invalida, & nulla, quamvis illa loco liberorum contraxerim parentes, nisi liberi facti septennio majores, ea ratificentur.

titutis, etiam Prelatis, (1) inest disponendi facultas, non inæqualiter succeditur; (2) verumtamen istis, ambiguitatis aliquid ne præbeat, & res distinctè patefiant, antequam episcopatum fuerint possessionem adepti, prævia Cancellariæ Fiscalis citatione, vel alterius ejusdem locum subrogantis, si commode assistere nequit, cum duobus ejusdem ecclesiæ canonicatum, aut præbendam obtinentibus, conficere inventarium præcipitur. (3)

(1) *L. 38. tit. 7. lib. 1. Ind.* Mandamos á los Oficiales de nuestra Real Hacienda, que succediendo fallecer los Prelados de sus distritos, pongan cobro en los Esposos, y no incluyan en las diligencias los bienes que los Prelados tuvieren inventariados, quando entraren á servir sus Iglesias, conforme á la ley siguiente, ni coozcan de ellos, y en la cantidad que montaren no recibian vexacion, ni molestia sus herederos.

(2) *L. 6. tit. 12. ejusd.* Rogamos, y encargamos á todos, y cualesquier Prelados de ellas, que dexen, y consentian á los Prebendados Clerigos hacer, y otorgar sus testamentos con la libertad que les permite el derecho, y distribuir sus bienes en quien quisieren, conforme á la costumbre muy antigua usada, guardada en estos reynos de Castilla, de que en los bienes que los Clerigos de Orden Sacro dexaren al tiempo de su

- 14 Adducitur, & solvitur instantia.
- 15 Extraordinarie tamen possunt etiam talia sponsalia esse valida, si nempe in aliquibus malitia suppleat etatem.
- 16 Si duo impuberes septennio majores sponsalia contrahant, neuter ab illis ante pubertatem resiliere potest, bene vero post illam.
- 17 Nec in tali casu, qui primo sit pubes, tenetur alterum expectare, donec etiam ille pubescat, sed potest statim ac pubescit pro libito resiliere.
- 18 Si autem pubes cum impubere contrahat sponsalia, tunc pubes non amplius resiliere potest; bene vero impubes, cum ad pubertatem pervenerit.
- 19 Impubes, quamvis possit, cum ad pubertatem pervenerit, à sponsalibus resiliere, tamen debet statim pubertatem adeptus id facere.
- 20 Facultas resiliendi à sponsalibus impuberibus à Jure concessa post adeptam pubertatem, habet locum, tam in foro interno, quam in foro externo.
- 21 Talis facultas resiliendi à sponsalibus probabilis non est censenda concessa impuberibus, si ipsa sponsalia juramento confirmaverint, quamvis tamen opposita sententia sit probabilis.
- 22 Sponsalia de presenti, seu Matrimonium ab impuberibus nulliter contractum, valet in vim sponsaliorum, seu transit, & resolvitur in Sponsalia de futuro.
- 23 Matrimonium autem nullum ex aliquo essentiali defectu, ut celebratum sine proprio Paroco, non resolvitur in sponsalia de futuro, etiamsi secuta sit copula in figura Matrimonii.
- 24 Ad valorem sponsalium non requiritur presentia Parochi, & testium.
- 25 Item ad valorem sponsalium non requiritur consensus, aut consilium parentum, aut eorum, sub quorum cura existunt sponsalia contrahentes.
- 26 Ut licite tamen contrahant filii sponsalia, requiritur saltem, ut prius desuper consultantur parentes, quamvis eorum consilium non semper sequi teneantur.
- 27 Parentes contrahere possunt sponsalia pro suis filiis puberibus, sive impuberibus, & si ipsi filii expresse, vel tacite consenserint, obligantur ad illa, & ex eis oritur justitia publicæ honestatis.
- 28 Parentes nedum contrahere possunt sponsalia pro suis filiis presentibus, sed etiam pro ipsis absentibus, & sponsalia ignorantibus; & si ipsi filii post scientiam dicta sponsalia ratificaverint expresse, vel tacite, ad illa obligantur.
- 29 Sponsalia contracta à parentibus pro filiis, sive presentibus, sive absentibus, aut ignorantibus, & nec expresse, ut tacite consentientibus, & à fortiori contradicentibus, sunt in valida, & nulla.
- 30 Item invalida, & nulla sunt sponsalia contracta à filiis per gravem metum eis à parentibus, seu ab aliis injuste incussum.

Ta-

muerte, aunque sean adquiridos por razon de alguna Iglesia, ó Iglesias, ó beneficios, ó rentas Eclesiasticas, succedan los herederos ex testamento, y abintestato, como en los otros bienes que los Clerigos tuvieren patrimoniales, habidos por herencia, ó donacion. *Remis. 1. tit. 11. ejusd.* Que los Prebendados, y Clerigos puedan disponer de sus bienes como quisieren ex testamento, y abintestato.

(3) *L. 39. tit. 7. ejusd.* Ibi: De sus Iglesias; y para que la causa publica, y los interesados tengan entera satisfaccion, ordenamos que se hagan con citacion de los Fiscales... juntamente con dos Prebendados de sus Iglesias, y los Prelados declaren en ellos todos sus bienes, y deudas, y la causa de que proceden. *Vid. verb. Abbas.*

- 31 Talia sponsalia ex gravi metu iniusta neque firmanur juramento.
- 32 Nec tale juramentum obligat, nec ulla indiget relaxatione, aut abolutione.
- 33 An sponsalia contracta per metum reverentialem sint invalida, & nulla.
- 34 Sponsalia contracta per metum leodem, etiamsi injuste incussum, sunt valida.
- 35 In foro externo generaliter loquendo, nisi aliunde de intentione constet, censenda sunt contracta vera sponsalia per illa verba, que juxta communem intelligentiam, & communem loci usum aut consuetudinem loquendi, veram promissionem futuri Matrimonii significant.
- 36 Assignantur in specie verba certo significantia, & importantia sponsalia.
- 37 Assignantur verba certo non Sponsalia, sed Matrimonium significantia.
- 38 Assignantur verba sub dubio constituenta sponsalia, nisi major expressio addatur.
- 39 Hæc verba Non ducam aliam, seu nullam aliam ducam, quam te, vel præter te, aut nisi te, probabilis non faciunt sponsalia, nisi aliquando ex circumstantiis alia intentio constet.
- 40 Non solum verbis, seu epistolis similia verba continentibus, sed etiam signis seu factis consensus internum exprimentibus sponsalia contrahuntur.
- 41 In foro externo generaliter loquendo sponsalia contracta esse censentur, ac præsumuntur per illa signa, seu facta, per que concurrentibus circumstantiis juxta communem intelligentiam, ac usum, & consuetudinem loci voluntas, seu consensus internus contrahendi exprimi, & manifestari solet.
- 42 Sic concurrente circumstantia precedentis tractatus Matrimonii, seu verbis unius, censentur, & præsumuntur contracta sponsalia per inmissionem, seu donationem, & receptionem annulli.
- 43 Item concurrente circumstantia precedentis tractatus Matrimonii per remissionem, seu donationem, & acceptationem aliorum numerum juxta morem sponсорum, censentur, & præsumuntur contracta sponsalia.
- 44 Item in simili circumstantia precedentis tractatus Matrimonii per porrectionem manus ab uno factam, & ab altero sine renitentia, & contradicitione acceptatam, censentur, & præsumuntur contracta sponsalia.
- 45 Per omnia autem supradicta, si non concurrat circumstantia precedentis tractatus Matrimonii, nec ad hoc speciale quid habet consuetudo loci, non censentur, nec præsumuntur contracta sponsalia in foro externo.
- 46 Quando verba, signa, aut facta, omnibus consideratis, adhuc remanent dubia, an inducant vera sponsalia, vel non, & qui ea protulit, aut edidit, negat ea protulisse, aut edidisse intentione promittendi Matrimonium: tunc Judex debet negantem absolovere, præsertim si ei delatio juramento purgatorio juret absolute non habuisse talem intentionem.
- 47 Quando vero verba, signa, aut facta secundum communem usum, aut consuetudinem loci sunt clara, & sponsalia vere significant, tunc negans condemnari debet, nec debet admitti ad juramentum, quamvis dicat se ad obtinendum usum corporis, vel ab alium similem finem jocose, fidei, dolose, aut fraudulenter prodidisse, seu edidisse, nisi jocum, fictionem, dolum, aut fraudem legitime probaverit.
- 48 Quando verba, signa, aut facta clare significant sponsalia, & Reus absolute negat se ea protulisse, aut edidisse, nec Actor id plene probare potest, quid in tali casu facere debeat Judex, & cui Juramentum sit deferendum?
- 49 Sponsalia vera, quamvis occulta, obligant sub mortali.
- 50 Sponsalia obligant tempore ad nubendum præfixo, nisi justa causa excuset.
- 51 Et procedit conclusio, quamvis in hoc casu pars altera non urgeat.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VIII.

- 52 Unde, si ratione culpabilis more unius altera pars aliquod damnum patitur, debet illud damnum ei penitus resarcire.
- 53 Si autem interaverit aliqua rationabilis causa, possunt licite sponsalia differri quoad effectuationem Matrimonii.
- 54 Si nullum certum tempus sit præfixum ad contrahendum Matrimonium, tenetur quisque contrahere, altera exigente, quamprimum commode potest.
- 55 Recusans post legitima sponsalia contrahere Matrimonium potest, & debet ad id compelli per competentia juris remedia, nisi rationabilis causa obstiterit.
- 56 Et conclusio procedit, sive sponsalia fuerint jurata, sive non.
- 57 Pro compellendo tali renuente contrahere Matrimonium debet Judex Ecclesiasticus ante omnia ipsius renuente debito modo monere, adjuvantis etiam minis ut sua obligationi satisfaciat promissum Matrimonium contrahendo.
- 58 Deinde si monitione, & minis Judex ecclesiasticus nihil proficiat cum tali renuente Matrimonium contrahere, potest etiam adhibere nedum panam pecuniariam, sed & carceres, aut alias penas corporis afflictivas, si eas adhibendi occasionem habeat.
- 59 Et si nec etiam incarceratione, aut aliis penis corporis afflictivis aliquid efficiat, tunc potest, & debet renuente etiam Censura excommunicationis ad nubendum compellere.
- 60 Si autem Episcopus, non adhibita incarceratione, aliisque penis corporis afflictivis, statim censuras adhibeat pro compellendo ad contrahendum Matrimonium talem renuente, illicitæ quidem, sed tamen valide agat, & censura sic statim inflicta valet.
- 61 Si tandem, adhibitis omnibus supradictis mediis, etiam censuris, adhuc renuat cum tali nubere, non potest finaliter cogi ad nubendum, sed debet dimitti, & absolvi, præsertim si admitteretur magna animorum averio, hæc ut ex tali futuro Matrimonio forent timenda jurgia, scandala, verbera, mutilationes, perpetue inimicitie, aut alia similia gravia incommoda.
- 62 Nec quid novi induxit circa id Concilium Tridentinum, sed in suo robore reliquit dispositionem juris canonici de non cogendo finaliter ad nubendum talem renuente nubere.
- 63 Unde recusans Matrimonium contrahere post sponsalia potest quidem moneri, & juxta sacrorum canonum præscripta compelli comminatione censurarum, non autem potest præcise cogi, & potissimum ubi adsit aliqua justa causa resiliendi à sponsalibus, quo casu Judex potest quidem monere, ut ad effectuationem Matrimonii deveniat, non autem potest cogere, neque per censuras, & præsertim si timeatur, quod censuræ sperni possint, vel quod per Matrimonium coactæ iniuriam gravius malum oriri possit.
- 64 In tali enim casu potest Judex omnino abstinere à censuris, si prudenter prævidet, quod ille nihil efficiat, ubi prævidere potest, si animi averio nimia dignoscitur.
- 65 Et in casu, quo talis renuens Matrimonium effectuate fuerit ob id excommunicatus, tunc Judex ecclesiasticus, non solum sponsum petentem abolutionem absolovere potest, postquam diu stetit excommunicatione innotatus, sed eundem etiam non petentem absolovere tenetur.
- 66 Tempus autem, quod decurrere debet, antequam talis renuens excommunicatus absolvatur, regulariter solet esse illud unius anni, quamvis Rota in particularibus facti circumstantiis censerit esse 16. vel 17. Mensium.
- 67 Nec in tali casu poterit licite sponsa adhuc urgere negationem talis abolutionis à censura.
- 68 Poterit tamen sponsa licite jure exigere compensationem omnium damnorum emergentium ex hac dissolutione.

Ddd 2

An

- 69 An autem pars innocens, etiam si nullum damnum patiatur, possit ab altera parte sine legitima causa a sponsalibus recedente exigere panam conventiam, seu an sit licitum, & validum in sponsalibus apponere panam solvendam ab illo, qui ab eis injuste recedit. Negant multi.
- 70 At probabilis affirmant plures alii.
- 71 Affertur ratio pro sententia affirmativa, ad n. 74.
- 75 An, & quando resistentes a sponsalibus amittant arrhas?
- 76 Sponsalia rite contracta, variis justis causis, dissolvi possunt. Primo sponsalia puberum etiam jurata, valide, & licite dissolvi possunt mutuo consensu.
- 77 Secundo dissolvi possunt per recessum unius a sponsalibus, sive juste, sive injuste.
- 78 Quando autem una pars injuste recedit, non tenetur altera pars recedere, sed potest injuste recedentem cogere ad sibi nubendum.
- 79 Tertio dissolventur, si unus sponsorum sine licentia alterius longius discedat animo non redeundi, seu sine spe brevi redeundi.
- 80 Affertur, & solvitur instantia, ad num. 81.
- 82 Quarto dissolventur per dilatationem nimiam Matrimonii ultra tempus, vel terminum prefixum ad finiendam obligationem.
- 83 Secus autem per dilatationem ultra tempus, vel terminum prefixum non ad finiendam, sed tantum ad differendam, seu exequendam obligationem contrahendum Matrimonium?
- 84 Quid si nullum tempus sit prefixum ad contrahendum Matrimonium?
- 85 Quinto dissolventur per ingressum in Religionem professione sequuta.
- 86 Per solum etiam ingressum in Religionem, licet professione nondum sequuta, dissolventur sponsalia ex parte illius, qui in seculo remanet.
- 87 Per solum autem ingressum in Religionem, professione non sequuta, non dissolventur sponsalia ex parte ingredientis.
- 88 Sexto dissolventur ex parte utriusque per susceptionem Sacrorum Ordinum.
- 89 Non dissolventur tamen per susceptionem Ordinum Minorum saltem ex parte eos suscipientis.
- 90 Per votum ingrediendum Religionis probabilis non dissolventur illico sponsalia, sed solum suspenduntur ex parte ipsius votantis.
- 91 Per tale autem votum dissolventur illico ex parte non votantis.
- 92 Per votum suscipiendi Sacros Ordines probabilis non dissolventur sponsalia ex parte sponsi votantis.
- 93 Solvuntur tamen per tale votum ex parte sponsa.
- 94 Per votum simplex perpetue continentia non dissolventur sponsalia ex parte votantis, bene vero ex parte alterius.
- 95 Septimo dissolventur per matrimonium valide postea, licet illicite, contractum cum alia sponsa.
- 96 An autem per tale Matrimonium cum alia intrinsece dissolventur in perpetuum priora sponsalia, vel non? affirmant multi.
- 97 At tamen probabilis negant alii plures.
- 98 Affertur, & solvitur instantia.
- 99 Sponsalia priora legitime contracta non dissolventur per alia sponsalia posteriora cum alia persona celebrata, etiam si hac posteriora sint juramento confirmata.
- 100 Prima sponsalia legitime contracta non dissolventur per alia sponsalia posteriora, etiam si posterioribus sponsalibus accesserit copula, si secundam sponsa conscia fuerit priorum sponsalium.
- 101 Immo priora sponsalia legitime contracta non dissolventur per alia sponsalia posteriora, etiam si posterioribus sponsalibus accesserit copula, & pars illa, cum qua posteriora sponsalia fuerunt contracta, ignara fuerit priorum sponsalium, & consequenter fuerit decepta.
- 102 Octavo dissolventur ex parte innocentis, non vero no-

- centis per fornicationem, sive a sponso, sive a sponsa post sponsalia commissam.
- 103 Sponsalia dissolventur ex parte innocentis, non vero nocentis, per fornicationem etiam ante sponsalia commissam, ab innocente tamen ignoratam.
- 104 Adducitur, & solvitur instantia.
- 105 Ob fornicationem sponsa, sive precedentem, sive subsequentem sponsalia, potest sponsum ipsa sponsalia dissolvere, etiam si sponsa fuerit vi oppressa.
- 106 Item sponsum sponsalia dissolvere potest etiam ob oscula, amplexus, aut tactus impudicos a sponsa libere, & voluntarie admissos, vel exercitos.
- 107 An autem, si uterque sponsum fornicationem commiserit, seu similia oscula, similesque amplexus, aut tactus impudicos voluntarie admitterit, vel exercuerit, & in omnibus casibus supradictis, in quibus licet sponso sponsalia dissolvere, liceat etiam sponsa: Affirmant multi.
- 108 At negant plures alii communiter.
- 109 Limitatur tamen recte hac negativa sententia in casu, quo sponsum cum pluribus fornicationem commiserit, ita ut valde vitiosus in hoc censetur.
- 110 Item in casu, quo ex unica fornicatione prolem haberet.
- 111 Item si oscula, tactus, & amplexus impudici exerciti a sponso sint valde frequentes.
- 112 Non dissolventur per notabilem mutationem ex parte unius supervenientem post contracta sponsalia.
- 113 Assignantur in specie mutationes notabiles, & ad id sufficientes in bonis animi, ad num. 114.
- 115 Assignantur in specie mutationes notabiles, & ad id sufficientes in bonis corporis.
- 116 Assignantur in specie mutationes notabiles, & ad id sufficientes in bonis fortune.
- 117 An una parte remanente in suo statu, si pars altera ex inopinato fiat notabiliter ditior, aut honoratior, possit propterea hac ab illa resilire?
- 118 Decimo dissolventur per subsequentem impedimentum dirimentis.
- 119 Tenetur tamen, qui tale impedimentum sua culpa posuit, impetrare a Papa dispensationem suis sumptibus, si pars innocens velit.
- 120 Quando causa dissolvendi sponsalia est certa, per se loquendo jure communi non requiritur ad dissolvenda dicta sponsalia auctoritas Judicis.
- 121 Potest tamen Auctoritas Judicis ad id requiri per accidens.
- 122 Quando sponsalia sunt certa, causa autem ea dissolvendi dubia de Jure, vel facto, tunc necessario requiritur Judicis Auctoritas pro utroque foro.
- 123 Judex in causis sponsalium, & Matrimonii est solus Ecclesiasticus.
- 124 Et jure ordinario est solus Episcopus.
- 125 Nomine Episcopi hic intelliguntur etiam Vicarius Generalis etiam absque speciali ad id mandato.
- 126 Item Vicarius Capitularis Sede vacante.
- 127 Judex autem laicus, seu secularis nullimode se ingerere potest in his causis.
- 128 Alia ad rem, remissive.
- 129 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad num. 143.
- 144 Add. inseruntur, ad fin.

**S**PONSALIA a spondendo sunt dicta, textu expresso in leg. Sponsalia 2. ff. de Sponsalibus, ibi: Sponsalia autem dicta sunt a spondendo: Mos enim olim erat, & adhuc nunc est, ut cupiens uxorem ducere, eam peteret, ac petat prius ab illis, sub cuius cura, & potestate puella existeret, ac existit, & illi deinde ipsi petenti puellam in Matrimonium dare spondebat, seu promittebant, ac spondent, seu promittunt, cit. leg. Sponsalia 2. ff. de sponsalibus, ibi: Nam moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi uxores futuras: Unde ille, cui petita puella in uxorem spondebatur, seu promittebatur, ac spondebatur, seu promittitur, dictus est, & dicitur Sponsus; & illa, quae spondebatur, seu promittebatur, ac spondebatur, seu promittitur, dicta est, & dicitur sponsa, id est, promissa, textu expresso in leg. Unde 3. ff. de sponsalibus,

bus, ibi: Unde Sponsi, sponsaque appellatio nata est: Et illi, qui petitam puellam sic promittebant, ac promittunt, dicti sunt, & dicuntur sponsos; & dies, in quo sic spondebatur, ac spondetur, dictus est, ac dicitur sponsalis; Reiffenstuel lib. 4. decretal. tit. 1. §. 1. n. 2. & alii, arg. l. Sponsalibus 1. & cit. leg. Sponsalia 2. & leg. Unde 3. ff. de sponsalibus.

2 Sponsalia tripliciter potissimum sumuntur. Prima omnino improprie, pro artha scilicet, & munetibus, quae a sponso sponsae dabantur, ac dantur, arg. leg. Quidam 1. C. Si nuptiae ex rescripto: "Qui parentum sponsonem de nuptiis filiarum implere desiderant, vel sponsalia, hoc est, artharum data nomine reddi sibi praecipio legum cum statuta poena deponunt." Secundo minus proprie, pro ipso scilicet Matrimonio rato, & non consummato; argum. cap. Sicut 22. & cap. Si inter 31. de Sponsalibus, ubi sicut & passim in jure Matrimonium ratum sponsalia de praesenti dicitur, ad distinctionem sponsaliorum proprie talium, quae non sunt ipsum matrimonium jam rite contractum, sed sola sponsalia, seu promissio de eodem in futurum contrahendo, & propterea sponsalia de futuro appellantur, ad distinctionem sponsaliorum de praesenti. Tertio proprie, pro ipsa scilicet promissione futuri Matrimonii.

3 Unde sponsalia sic proprie accepta ita definiuntur: "Sponsalia sunt mentio, & repromissio nuptiarum futurarum. Sic expresse in leg. Sponsalia 1. ff. de Sponsalibus, & concordat cap. Nostrates 3. caus. 30. q. 5. ubi: Sponsalia futurarum sunt nuptiarum promissio. Et conveniunt in re Doctores communiter sponsalia sic definita: Sponsalia sunt futuri Matrimonii mutua deliberata promissio signo sensibili expresse inter personas de Jure habiles."

4 Hinc ad valorem sponsalium de futuro plura requiruntur. Primo enim requiritur, quod promissio futuri Matrimonii sit vera, ac seria, non ficta, seu simulata. Communis, arg. l. Obligationum 3. ff. de act. & oblig. & cap. Ex sponsalibus unic. de sponsalibus in 6. ubi sponsalia dicuntur nulla ex defectu consensus, & c. Ubi non est 1. caus. 30. quest. 2. ibi: Ubi non est consensus utriusque, non est conjugium, ergo qui pueris dant puellas in cubilibus, & e converso, nihil faciunt: Consensus autem interius vere contrahendi, ac sese obligandi deest in fide, & simulate promittente, adeoque & c.

5 Nec valet dicere, quod fide, & simulate promittens exhibuerit consensum externum, adeoque etiam ficta, & simulata externa promissio sufficiat ad valorem sponsalium. Non valet, inquam, quia talis fictus, & simulatus externus consensus sine formali consensu interno non sufficit ad valorem sponsalium, nec obligationem contrahendi de futuro inducit. Communis, text. expres. in cap. Tua nos 26. de sponsalibus, hac addita ratione: "cum in eo nec substantia conjugalitatis contractus, nec forma contrahendi conjugium valeat inveniri, quoniam ex altera parte doli solummodo affuit, & deficit omnino consensus, sine quo cetera nequeunt sedus perficere conjugale; & l. Simulata 30. ff. de ritu nuptiarum, ibi: Simulatae nuptiae nullius momenti sunt." Et ratio clara desumitur ex cap. Humanas aures 11. caus. 22. q. 5. Quia, ut ibi expresse dicitur. Quia non debet aliquis verba considerare, sed animum, & intentionem, & ut canat commune axioma: Alius agendum non operantur ultra voluntatem eorum, leg. In agris 16. §. de acquirend. rer. domin. leg. Non omnis 19. ff. de rebus creditis, si certum petatur, c. Cum olim 38. de Praebend.

6 Fide, seu simulate, aut jocose, vel dolose tantum promittens alteri Matrimonium, quamvis in foro interno, seu coram Deo, & in foro conscientiae non teneatur servare tale promissum, per dicta, & jura adducta num. antecedenti: Peccat tamen sic promittendo, & tenetur resarcire totum damnum alteri inde secutum. Communis per text. in cap. Si culpa 9. de injuriis, & damno dato, ibi: "Si culpa tua datum est damnum, vel injuria irrogata... Jure super his satisfacere te oportet. Nec ignorantia te excusat, si scire debuisti ex facto tuo injuriam verumiliter posse contingere,

vel jacturam." Et concordant cap. Si rixati 11. cap. Si quis 2. c. Si hos 3. cap. Si laeserit 4. cap. Si egressus 5. cap. Si quis domum 6. cap. Olim 7. cap. In nostra 8. eodem tit. cum similibus.

In foro autem externo quavis praesumitur vere, & serio promississe; unde ad servandum promissum debet condemnari, nisi legitime fictionem, seu simulationem, aut jocum, seu dolum probet; quia, ut dicitur in leg. Labeo 7. §. 2. ff. de supellebili legata, in foro externo; Nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitaverit: Et ut habetur in l. Generaliter. 13. Cod. de non numerata pecunia: Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque propria resistere. Et ratio est, quia aliis, si ad id non condemnaretur, posset quis facillime in foro externo sponsalia eludere, & ex iis sibi incumbens onus nubendi pro libitu subterfugere, dicendo se tantum fide, & simulate, aut jocose, vel dolose, seu fraudulenter promississe, contra expressam dispositionem juris statuentis, quod fraus, & dolius nemini patrocinari debeat; cap. Sedes 15. & cap. Ex tenore 16. de Rescriptis, c. Ex literis 2. de dolo, & contumacia, cap. Tua 12. de Clericis non resident. l. In fundo ff. de rei vindicta. l. Cum hi, ff. de transactionib. l. Si Legatarius Cod. de Legatis, cum similibus. Vide infra num. 46.

Secundo ad valorem sponsalium requiritur, quod promissio sit deliberata & libera ab omni gravi metu, & errore circa personam. Communis, arg. cap. Dilectus 24. cap. Tua nos 26. de sponsalibus, l. Furor 8. ff. de sponsalibus, cum similibus. Et ratio est, quia aliis non potest intervenire legitimus requisitus voluntaria consensus.

Tertio requiritur, quod talis promissio sit verbis, aut aliis signis externis sufficienter manifestata, quia promissio mere interna, seu mente retenta, nec sufficit, nec obligat, cum intento mente retenta nihil operetur in humanis contractibus. Communis, arg. l. Cum in plures 60. §. Locati ff. Locati.

Quarto requiritur, quod promissio sit mutua, & reciproca ab utraque parte facta. Communis, arg. l. Sponsalia 1. ff. de Sponsalibus, ubi, ut patet ex textu allato supra num. 3. Sponsalia definiuntur mentio, & repromissio, id est, mutua, & reciproca partium promissio.

Quinto requiritur, quod sponsalia contrahantur inter personas de Jure habiles, id est, nullo impedimento perpetuo sive dirimente, sive solum impediante affectus, ac habentes legitimam aetatem, ut docent Doctores communiter.

Haec autem legitima requisita, & sufficientia, tam in foemina, quam in masculo, pro contrahendis sponsalibus est septennium completum. Communis, per textum in cap. Literas 4. cap. Accessi 5. cap. Ad dissolvendum 13. de desponsatione impuberum in 6. cap. Ubi unic. caus. 30. q. 2. l. Sponsalibus 14. ff. de Sponsalibus.

Unde sponsalia ante completum septennium unius, aut utriusque, ordinarie sunt invalida, & nulla, quamvis illa loco liberorum contraxerint parentes, nisi liberi facti septennio majores ea ratificent. Communis, textu expresso in c. Si infantes unic. de desponsatione impuberum in 6. ibi: "Si infantes ad invicem, vel unus major septennio, & alter minor, Sponsalia contraxerint ipsi, vel parentes pro eis, nisi per cohabitationem eorum mutuum, seu alias verbo, vel facto ipsorum iniquido appareat, eosdem in eadem voluntate factos majores septennio perdurare: Sponsalia hujusmodi, quae ab initio nulla erant, per lapsum dicti temporis minime convalescunt, & ideo cum sint nulla ratione defectus consensus, publice honestatis Justitiam non inducunt." & concordat cap. Ubi unic. caus. 30. q. 2.

Nec valet objicere, quod ex cap. Tua nos, de desponsat. impuber. filius postquam pervenerit ad perfectam aetatem, debeat adimplere, non solum sponsalia, sed & matrimonium a patre loco illius, usum rationis nondum habentis, contractum. Non valet, inquam, quia, ut ibid. n. 7. advertit Fagn. & Communis Canonistarum,



Sub mea fide te ducam. Vel Promitto me ducaturam te in meam, vel in sponsam meam. Vel Posthac, deinceps, ex nunc te ducam. Vel Accipio te in uxorem, si altera respondeat: Ego te accipiam in virum. Vel Non alium, sed te ducam. Vel Promitto tibi tecum contrahere Matrimonium. Vel In crastinum te ducam, & huiusmodi. Sic expresse tradunt Tamburinus l. 8. tract. 3. cap. 2. §. 3. n. 7. Sporer l. c. n. 179. Gobat tom. 1. tract. 10. num. 48. testans cum Sanchez, & aliis de communi, Reiffensuel lib. 4. Decr. tit. 1. num. 30. ubi sequentia verba tamquam certo significantia sponsalia enumerat: Promitto tibi Matrimonium, & Ego tibi. Vel Obligo me, quod velint tibi nubere. Vel Te ducere. Vel Tecum contrahere. Vel Per fidem meam. Vel Quam vere vivo. Vel Quam vere homo sum. Vel Quam vere ita vocor. Vel Quam vere honestus sum; ducam te, vel accipiam te, nubam tibi &c. Vel Sim nequam. Vel Sim infidelis. Vel Diabolus me rapiat, nisi ducam te, &c. Vel Tu sis futura mea uxor. Vel Volo te habere pro futura mea uxore: Quamvis enim non in omnibus supradictis habeatur expresse terminus Promitto Juro, Me obligo &c. sed simpliciter dicatur accipiam te, ducam te, volo te accipere, ducere &c. tamen cum per similia verba iuxta communem intelligentiam, communemque usum, & consuetudinem loquendi, vera futuri Matrimonii promissio intendatur, & significetur, ita sic loquentes, & promittentes, vera sponsalia intendunt, prasumi & iudicari debet; arg. cit. cap. Ex literis 7. de sponsalibus, leg. Labeo, ff. de suppellectili legat. leg. Semper in stipulationibus, ff. de Regul. Juris: Dummodo tamen semper accedat similis reciproca, & mutua utriusque partis promissio, per dicta supra n. 10.

37 Verba certo non sponsalia, sed Matrimonium significantia sunt sequentia, & similia, v. gr. Accipio te in meam. Vel Habeo te in uxorem. Vel Jam ex nunc reputo te in uxorem. Vel Jam ex nunc, seu posthac, ab hoc tempore providebo tibi ut mea uxori. Vel Semper, seu posthac omnibus diebus vita mea habebit, tenebo te pro mea uxore, & tractabo te ut uxorem. Vel Ex nunc, posthac eris mea uxor. Vel Ex nunc accipio te in maritum, & huiusmodi verba mutuo, & reciproce prolata. Quamvis enim ea verba futuri temporis, mea eris, habebit, tenebo, tractabo, providebo, &c. tenent, & constituunt tantum sponsalia, quatenus tamen additur ejusmodi particula: Jam, ex nunc, semper, omnibus diebus vita mea &c. jam important etiam verum consensum de presenti, adeoque verum Matrimonium, etiam ubi receptum est Concilium Trident. si interveniat legitima Parochi, & testium presentia. Sic Tambur. l. c. n. 28. Sporer loc. cit. num. 180. Gobat loc. cit. num. 51. & seq. & alii passim, arg. c. Si inter virum 31. de sponsalibus.

38 Verba sub dubio constituta sponsalia, nisi major expressio addatur, sunt sequentia, & similia, v. gr. Te desponsabo. Vel Tecum sponsalia contraham. Vel Volo contrahere tecum. Vel Placet te ducere. Vel Propino tibi ad Matrimonium. Vel Promitto tibi amorem, & fidelitatem & alia huiusmodi: Similia enim verba, nisi alia addantur, vel adint alia circumstantie, non continent certo sed tantum dubie promissionem matrimonii, cum si loquamur de ultimis, amor, & fidelitas possint etiam in aliis rebus prestanti: Vel si loquamur de primis, potest per illa intelligi tantum promissio sponsalium, non Matrimonii: Et si loquamur de ceteris aliis, per illa significatur tantum animus, seu propositum faciendi sponsalia, seu affectus ad Matrimonium; at per illa necdum admittitur obligatio, nisi major expressio addatur, aut tales interveniant circumstantie, unde cognoscatur per similia verba sic loquentes vere promittere futurum Matrimonium, sique vera, & certa contrahere sponsalia cum obligatione promissum Matrimonium realiter effectuandi. Sit Gobat loc. c. num. 53. Sporer l. c. num. 184. La Croix lib. 6. part. 3. d. n. 126. Reiffensuel loc. cit. d. num. 33. cum pluribus aliis apud ipsos.

39 Hec verba: Non ducam aliam, seu nullam aliam ducam, quam te, vel Preter te, aut Nisi te, probabilis non faciunt sponsalia, seu per ipsa non contrahuntur sponsalia, nisi aliunde ex circumstantiis alia intentio constet, seu colligatur. Sanch. lib. 1. de Matrim. disp. 19. n. 5.

cum pluribus ibi allegatis, Gutierrez Canoniar. qq. lib. 1. q. 21. num. 13. Layman theol. moral. tract. 103. part. 1. num. 2. Sporer l. c. num. 185. Aciat. in l. Assione Cod. de transact. Aversa q. 8. sect. 3. La-Croix lib. 6. part. 3. num. 127. cum aliis ibi citatis, Gobat tom. 1. tract. 16. num. 60. Reiffensuel l. c. n. 33. Tambur. l. c. n. 60. Rota part. 4. tom. 3. recent. decis. 656. n. 4. Pontas verb. Sponsalia cas. 24. & alii plures contra alios: Et ratio est, quia similia verba faciunt solummodo sensum exceptivum, seu exclusivum, & conditionatam promissionem, nempe, si aliquam sum ducaturam, ducam te. Unde quamvis vel talis promissio eam ducere deberet, si nubere vellet; argument. leg. Si sterilis 21. §. 5. de Aft. emp. tamen omnino etiam abstinere potest ad Matrimonium.

Et sic censuit S. Congr. Conc. in Vintimilien. Sponsalium die 1. Jun. 1709. ubi de sponsalibus contractis sequentibus veris Io infrascripto Antonio Levame iudico & promitto di non sposare altera Figlia, che la Signora Benedetta Gena, come anche promette lei di non sposare altro Giovane che me, dicitur dicitur 1. An constet de validitate sponsalium inter Antonium Levame, & Benedictam Genam, & quatenus affirmativa. 2. An dictus Antonius Levame sit cogendus, vel potius possit ab eis recedere contrahendo cum altera in casu &c. fuit rescriptum Ad 1. Ex hac tenore deducunt non constare de sponsalibus absolutis. Ad 2. Negativa quoad primam partem, & quoad secundam dilata. Et proposita causa sub consueto dubio, An standum, vel recedendum a decisis, in casu &c. Die 28. Sept. ejusdem an. 1709. dictum Rescriptum fuit confirmatum, & additum fuit. Antonium posse cum altera muliere Matrimonium contrahere. Et sic etiam respondit ad S. C. in Medioli. Sponsalium die 13. Jul. 1725. Ex dictis num. 39. & ex eo quod ibid. concluditur, error quod irreperit videtur; legendum ideoque: Antonium non posse &c.

Non solum verbis, seu Epistolis similia verba continentibus, sed etiam signis, seu factis consensum internum experimentibus sponsalia contrahuntur. Comm. arg. cap. Cum apud 23. de sponsal. ubi habetur etiam mutuum contrahere posse sponsalia addita hac ratione: Cum quod verbis non potest, signis valeat declarare, & concordat cap. Tu 25. cod. & cap. Si infantes unic. de despons. impuber. in 6.

In foro externo, generaliter loquendo, sponsalia contracta esse censentur, ac presumuntur per illa signa, seu facta, per quae concurrentibus circumstantiis iuxta communem intelligentiam, ac usum, & consuetudinem loci, voluntas, seu sensus internus contrahendi exprimi, & manifestari solet. Communis, arg. cap. Ex literis 7. de sponsalibus, leg. Labeo ff. de suppellectili legat. & l. Semper 24. ff. de Regul. Juris, ibi: Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequitur, quod actum est: Aut si non apparet, quid factum est, erit consequens, ut id sequatur, quod in Regione, in qua actum est, frequentatur. (Verb. Moniales arg. ult. verb. Societas, num. 43. leg. 2. tit. 33. p. 7. 25. tit. 11. p. 5. cum leg. 1. tit. 2. p. 1.)

Sic concurrente circumstantia precedentis tractatus Matrimonii, seu veris unius, censentur, & presumuntur contracta sponsalia per immersionem, seu donationem, & receptionem annulli, argum. cap. Si quis 15. caus. 27. q. 2. capit. final. de despons. impuber. Glossa communiter recepta in cap. Si inter 31. verb. Dicente, de sponsalibus, Reiffensuel loc. cit. num. 57. Sporer loc. cit. num. 189. Maschard. de probationibus concl. 1024. num. 2. & seq. Sanchez lib. 1. de Matrim. disput. 22. num. 3. & alii passim. Et ratio est, quia precedente contractu, aut verbo unius de futuro Matrimonio, traditio annulli facta a juvene, & acceptatio ejusdem facta a puella secundum communem usum, & aestimationem hominum, habentur pro certo signo consensu ad futurum Matrimonium, adeoque in foro externo per id censentur & presumuntur contracta vera sponsalia, arg. cit. cap. Ex literis, cit. l. Labeo, & l. Semper.

Item concurrente circumstantia precedentis tractatus

tus Matrimonii per missionem, seu donationem; & acceptationem aliorum munerum iuxta morem Sponsorum censentur, & presumuntur contracta sponsalia. Sanchez l. c. n. 5. cum aliis ibi allegatis, Sporer loc. cit. num. 190. Gobat loc. cit. num. 69. Reiffensuel loc. cit. num. 59. & alii: Currit enim eadem ratio in simili circumstantia de donatione, & acceptatione aliorum munerum, ac de donatione, & acceptatione annulli: Ubi autem eadem est ratio, eadem est Legis dispositio, l. Illud 32. ff. Ad Legem Aquiliam, & c. Inter corporalia 2. de translat. Episc. Cum ratio legis sit anima Legis, l. Cum ratio 7. ff. de bonis damnatorum, adeoque &c. (vid. sup. n. 15.)

44 Item in simili circumstantia precedentis tractatus Matrimonii per porrectionem manus ab uno factam, & ab altera sine renitentia, & contradictione acceptatam, censentur, & presumuntur contracta sponsalia, Sanchez l. c. Sporer l. c. n. 188. Gobat l. c. n. 66. Reiffensuel l. c. n. 60. & ipso teste alii communiter per dicta, & Jura adducta n. 41. & 43.

45 Per omnia autem supradicta, si non concurrat circumstantia precedentis tractatus Matrimonii, nec ad hoc speciale quid habeat consuetudo loci, non censentur nec presumuntur contracta sponsalia in foro externo. Abbas in c. final. de despons. impuber. n. 7. Mascard. l. c. n. 2. & seq. Sanchez l. c. disp. 22. n. 1. Reiffensuel l. c. n. 66. & alii communiter. Et ratio est, quia donatio & acceptatio annulli, aliorumque munerum, sicuti porrectio, & acceptatio manus sunt signa, & facta aequivoca, cum etiam ob alias causas fieri possint, & soleant, arg. c. Illud 11. de presumptionibus: Fieri enim possunt, & interdum solent ob turpem, vel etiam castum amorem, ob amicitiam, ob signum memorie, & ob mutuum affectum, aut ob spem futuri Matrimonii, adeoque &c.

46 Quando verba, signa, aut facta, omnibus consideratis, adhuc remanent dubia, an inducant vera sponsalia, vel non? & qui ea protulit, aut edidit, negat ea protulisse, aut edidisse intentione promittendi Matrimonium; tunc Jure debet negentem absolvi, & presertim si ei delato juramento purgatorio juret, absolute non habuisse talem intentionem: In dubio enim magis presumitur pro libertate, quam pro obligatione h. Adriani 47. ff. de obligationibus, & actionibus, ibi: Ubi de obligando queritur, propensiores esse debemus nos, si habeamus occasionem, ad negandum; ubi de liberando ex adverso queritur, ut facilius sumus ad liberandum, & concordat c. Ex literis 3. de probationibus, ubi expresse dicitur, quod promittora sint jura ad absolvendum, quam ad condemnandum, & cap. In obscuris 30. de Regulis Juris in 6. ibi: In obscuris minimum est sequendum, id est, quod minus obligat, & onerat: tum quia in dubiis ambiguis, & obscuris, recurrendum est ad mentem proferentis, eoque saltem jurato credendum, arg. c. Cum in tua 6. §. final. Qui Matrimonium accusare possunt, & c. Pastoralis 4. in fine de exceptionibus, c. Presentium 31. de testibus, c. Si vero 4. de sententia excommunicationis. c. Si verum esset 1. caus. 31. q. 2. cum similibus: Et sic in specie tenet Gallus lib. 2. observat. 48. num. 24. & seq. Felinus in cap. Quando de presumptionibus n. 6. Reiffensuel loc. cit. num. 45. & alii passim. Et universaliter quando de mente, & conscientia alicujus agitur, statim juramentum illius, uti recte docet Glossa communiter recepta in cap. Significasti 18. de homicid. voluntar. verb. Si ita est.

47 Quando vero verba, signa, aut facta secundum communem usum, & consuetudinem loci sunt clara, & sponsalia vere significant, tunc negans condemnari debet, nec debet admitti ad juramentum, quamvis dicat se ad obtinendum usum corporis, vel ob alium similem finem, proce, fide, dolose, aut fraudulenter protulisse, aut edidisse, nisi jocum, fictionem, dolum, aut fraudem legitime probaverit: Turpitudinem enim suam allegans, iam suspectum se facit, & indignum fide, sique minus habilem, ut ei juramentum deferatur: Nam allegans suam turpitudinem non est audiendus, nec fides est ei prestanda, maxime ubi id potest esse in prejudicium tertii.

arg. & Inter dilectos 8. de donationibus, & Glossa ibid. verb. Turpitudinem, adducens varia jura, & alia, Glossa in cap. Officium, de Penitent. & remissionib. Hocque satis evincit textus in l. Mercedem, Cod. de condit. lib. turpem causam, leg. Transactio Cod. de transactio. Sic expresse pluribus adductis defendit Reiffensuel l. c. n. 7. 8. & 47. Vide supra n. 7. & verb. Juramentum art. 2. d. n. 25.

Quando verba, signa, aut facta, clare significant sponsalia, & Reus absolute negat se ea protulisse, aut edidisse, nec Actor id plene probare potest; quid in tali casu facere debeat Jure, & cui juramentum sit deferendum? Vide verb. Juramentum art. 2. n. 25. & discurrere proportionaliter, sicut ibi.

Sponsalia vera quamvis occultata obligant sub mortali Communissima, arg. cap. Præterea 2. de sponsalibus, ubi expresse statuitur, quod "Hi, qui de Matrimonio contrahendo pure, & sine omni conditione firmo dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus vincendi, ut præstam fidem observent, &c. Ex litteris 10. eodem titulo," ubi sub excommunicationis pena mandatur, ut qui sponsalia contraxit, præstam fidem de nubendo observet, ibi: "Mandamus quatenus... eum moneas, & si non acquieverit monitis ecclesiasticis censuris compellas, ut ipsam (nisi ratio-nabilis causa obsit) in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet." Pena autem excommunicationis non debet infligi, nisi pro peccato mortali, cap. Nemo 41. caus. 11. q. 3. ibi: Non nisi pro mortali debet imponi crimine: In ecclesia enim non datur major pena ipsa excommunicatione, c. Corruptior 17. caus. 24. q. 3. ibi: Quæ pena in ecclesia nulla, major est, adeoque, &c. (Verb. Censura.)

Sponsalia obligant tempore ad nubendum præfixo nisi justa causa excuset. Communis argument. l. Solutum 85. ff. de solutionibus, ibi: Solutum solutum non minus quantitate, quam die: Contractus enim ex conventionione legem accipere dignoscuntur, ut expresse dicitur in c. Contractus 85. de Regul. Juris in 6. & pacta justa servanda sunt, leg. Si quis in conscribendo 29. Cod. de pactis, cap. Antigonus 1. & cap. Qualiter 3. de pactis, cum similibus.

Et procedit conclusio, quamvis in hoc casu pars altera non urgeat, quia dies statuta interpellat pro termine, argument. cap. Potuit 4. de Locato, & venditio, ibi: Non obstante quod ei, ut cautionem solveret, non extitit nuntiatur, cum in hoc casu dies statuta pro domino interpellat. Et concordat leg. Magnam 120. Cod. de contrahenda stipulatione, & l. In Emphyteuticis 2. de Jure emphyteutico, ubi clare ad rem. (Vid. in verb. Contractus, & verb. Emphyteusis.)

Unde si ratione culpabilis moræ unius altera pars aliquid dampni patiatur, debet illud dampnum ei pernitius resarcire, arg. cap. Mora sua cultibet est nociva: Qui enim occasionem damni dat, dampnum dedisse videtur, cap. Si culpa 9. de injuriis, & damno, l. Qui occidit 30. §. 3. ff. Ad Legem Aquiliam. (Vid. lit. E. pag. 238. col. 2. lit. R. pag. 159.)

eret. tit. 1. num. 16. Diana part. 3. tract. 4. resol. 245. & alii plures. Et ratio est, quia id generale est in omni debito, cui dies certus præfixus non est. Non enim prius tenetur debitor solvere, quam creditor postulaverit, leg. Debitoris 10. ff. de pignoris; Reiffenstuel autem loc. cit. num. 143. Pontius, Castropal. Coninch. Ledesma, & alii ab ipso ibi allegati tenent, quod sponsalia in tali casu obligent ad contrahendum Matrimonium statim quam primum commode & humanitus fieri potest, etiam ab aliqua ex spondentibus parte monito, aut requisito non fiat. At recte Sporer tom. 3. part. 4. cap. 2. num. 420. dicit facile has sententias conciliari, si dicatur obligari quidem statim, quia natura promissionis est, ut servetur quam primum moraliter, & humano modo servari potest; at excusari hujusmodi sponso, quoties alter non requirit, cum posset, quia tunc censetur remittere, & non curare de dilatione; quod & admittit Reiffenstuel ipse loc. cit. n. 149. concedendo, quod altera pars censetur remittere, si tales adsint circumstantiæ, aut signa, ex quibus prudenter colligi possit dictam partem dilationi consentire. Ceterum quoad hoc servandum salubre monitum Sacre Congregationis Concilii apud Sporer loc. cit. num. 420. & Reiffenstuel loc. cit. num. 551. referentes ex Gallemart dictam Sacram Congregationem ad Trid. sess. 14. cap. 1. sic provide statuisse: "Monendi sunt sponsi, ut factis sponsalibus quam primum contrahant Matrimonium per verba de presenti coram Parocho, & testibus, ne sponse stupri periculum subeant."

55 Recusans post legitima sponsalia contrahere Matrimonium potest, & debet ad id compelli per competentia juris remedia, nisi rationabilis causa obstiterit. Communis, ac certa, per textum in cap. Præterea 2. de Sponsalibus, ubi expresse statuitur, quod hi, qui de Matrimonio contrahendo pure, & sine omni conditione fidem dederunt, commonditi sunt, & modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem observent, & cap. Ex literis 10. eod. tit. ubi sic expresse mandatur: "Fraternitati tue mandamus, quatenus, si hoc tibi constiterit, eum moneas, & si non acquieverit monitis, ecclesiasticis censuris compellas, ut ipsam (nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet."

56 Et conclusio procedit, sive sponsalia fuerint jurata, sive non, ut tradunt communiter Doctores, & Rota part. 3. recent. decis. 742. num. 1. part. 4. tom. 1. de cir. 451. num. 2. decis. 666. sub num. 2. Annot. ad de cir. 431. num. 62. part. 4. tom. 2. & decis. 163. num. 4. & seq. part. 9. tom. 1. Et ratio est quia Judex ecclesiasticus potest, & debet non tantum juramentum, sed etiam simpliciter promittentem, aut contrahentem debitis juris remediis ad observanda promissa, & pacta compellere, præsertim ad instantiam partis, cap. Antigonus 1. de pactis, ibi: "Ut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conventus (si se non cohibuerit) ecclesiasticam sentiat disciplinam" & cap. Qualiter 3. eod. ibi: "Studiose agendum est, ut ea, quæ promittuntur, opere compleantur," juncto ejus Summario, ubi expresse dicitur: "Judex debet studiose agere, ut promissa adimpleantur."

57 Pro compellendo tali reuente contrahere Matrimonium debet Judex ecclesiasticus ante omnia ipsi reuente debito modo monere, adjunctis etiam minis, ut suæ obligationi satisfaciat promissum Matrimonium contrahendo. Communis, textu expresso in cir. cap. Ex literis 10. de sponsalibus, ibi: "Moneas, & si non acquieverit monitis, compellas, & concordat cap. Non invenitur 41. caus. 23. quest. 4. ubi pro ratione, & modo prescribitur, ut monito severitatem procedat."

58 Deinde si monitione, & minis Judex ecclesiasticus nihil proficiat cum tali reuente Matrimonium contrahere, potest etiam adhibere, necdum poenam pecuniariam, sed & carceres, aut alias poenas corporis afflictivas, si eas adhibendi occasionem habeat. Fagnan. in cap. Prævenit 2. de Adulteriis d. num. 10. Barbosa ad Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reformat. num. 28.

Castropal. de sponsal. disp. 1. punct. 8. num. 2. Masc. Ant. Genuens. in Pract. Eccles. q. 780. num. 3. Antonell. in prax. l. 5. cap. 2. num. 3. & seq. Reiffenstuel l. c. num. 157. qui testatur supradictos Doctores cum communi, & hodie certa asserere Judicem ecclesiasticum in causis tam civilibus, quam criminalibus ad se pertinentibus omnino posse carceribus, & aliis poenis corporis afflictivis laicos compellere, quin & debere hoc facere, antequam ad censuras excommunicationis, aut Interdicti contra eos in præfatis causis procedat.

59 Et si nec etiam carceratione, aut aliis poenis corporis afflictivis aliquid efficiat, tunc potest, & debet reuentem etiam censura excommunicationis ad nubendum compellere. Communis, textu expresso in cir. cap. Ex literis 10. de sponsalibus, ibi: "Et si non acquieverit monitis, ecclesiasticis censuris compellas, ut ipsam (nisi rationabilis causa obstiterit) in uxorem recipiat, & maritali affectione pertractet." & concordat Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. §. Quod si executio: "

Si autem Episcopus, non adhibita carceratione, aliisque poenis corporis afflictivis, statim censura adhibeat pro compellendo ad contrahendum Matrimonium talem reuentem, illicite quidem, sed tamen valde ager, & censuræ sic statim inflicte valeant. Sic Barbosa de Offic. & potest. Episc. alleg. 96. num. 39. & ad Conc. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 3. num. 21. cum Gutierrez Campan. Escobar. Mascardi. Ant. Genuens. & aliis ab ipso citatis dist. allegat. 96. num. 39. Reiffenstuel loc. cit. num. 162. & alii. Et ratio est, quia Concil. Trid. loc. cit. non annullat censuram latam contra modum ibi præscriptum, sed tantum declarat illicitam, cum non imponat formam necessario observandam, sed tantum tradat instructionem, ut docent supra citati Doctores, arg. leg. A. D. Pio §. In vindicatione, ff. de re judicata, ubi statuitur modus observandus in quavis executione faciendâ, hanc pariter admittit interpretationem, ut executio aliter facta non subiaceat nullitati. Sic expresse Barbosa ad Concil. Trid. l. c. & cir. allegat. 96. num. 39. cum plurimis ibi cit.

60 Si tandem, adhibitis omnibus supradictis mediis, etiam censuris, adhuc renuat cum tali nubere, non potest finaliter cogi ad nubendum, sed debet dimitti, & absolvi, præsertim si advertatur magna animorum aversio, ita ut ex tali futuro Matrimonio forent timenda perpetua inimicitia, jurgia, & scandala, verbera, mutilationes, & alia similia gravia incommoda. Sic Rota part. 4. recent. tom. 3. decis. 65. n. 10. & 11. part. 15. decis. 145. num. 6. ubi num. 7. subjungit, nec posse damnari ad poenam pecuniariam, seu conventionalem, ne quis poenarum metu cogatur ad Matrimonium, in quo omnimoda libertas consensus esse debet, ut prosequitur ibidem num. 8. Et sic Glossa final in cap. Pervenit 2. de adulteriis, Joannes Andrea in cap. Ex literis 10. de Sponsalibus num. 12. & ibi Ancharanus n. 5. Covarrubias de Sponsalibus part. 1. cap. 4. num. 3. & seq. Gutierrez de juram. part. 1. cap. 51. n. 4. Sanchez lib. 1. de Sponsalibus disp. 29. n. 7. & Gobat tom. 1. tract. 10. num. 127. & seq. cum aliis ibi citatis, Sporer loc. cit. num. 421. cum aliis ibi allegatis, Reiffenstuel l. c. num. 163. & ipso teste Comm. aliorum, argum. cap. Requisivit 17. de Sponsalibus, ubi Lucius III. Papa sic expresse respondet: "Requisivit à Nobis tua Fraternalitas, quæ censura mulier compelli debeat, quæ jurisjurandi Religione neglecta nubere renuit ei, cui se nupturam interposito juramento firmavit? Ad quod breviter respondemus, quod cum libera debeant esse Matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere," quod intelligi debet de finali, & nimia coactione, justa dicta supra, & cir. cap. Ex literis 10. de Sponsalibus, ubi censuris compelli jubetur reuens nubere, Nisi rationabilis causa obstiterit. Reverti autem videtur obstare rationabilis causa non compellendi ipsum censuris ad sic nubendum, cum Judex ex circumstantiis prudenter colligere possit præfatum animi aversionem, ex qua indubitanter origo forent tot ingentia dicta

malâ, & grâvia incommoda, arg. cap. Principatus 25. caus. 1. q. 1. ubi ex verbis S. Leonis Papæ expresse dicitur: "Difficile est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio, adeoque &c."

62 Nec quid novi induxit circa id Concilium Trid. sed in suo robore reliquit dispositionem Juris Canonici in cir. cap. Requisivit 17. de Sponsal. de non cogendo finaliter ad nubendum talem reuentem nubere, ut habeat ex sequenti declaratione Sac. Cong. Conc. relata ab Ursaya tom. 3. part. 1. dec. 19. n. 216. his verbis.

"Hyeracen. Præsupposito, quod Matrimonium sit factum absque Parochi præsentia, & duorum, vel trium testium, quo casu irritum declaratur" à Trid. Conc. sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1. vers. Qui aliter. Quaritur.

"An dictum Matrimonium transeat in sponsalia de futuro, ita ut cogi possit Vir per censuras, aliaque Juris remedia, ad servandam fidem sponsæ, quando maxime sequita sit copula?"

"Et an si fuerint sequite promissiones, & data fides de contrahendo Matrimonium per verba de futuro, possit cogi nolens contrahere ad contrahendum per verba de presenti cum solemnitatibus Sacri Conc. cum jure canonico videatur contrarium decisum ex n. cap. Requisivit, de Sponsalibus?"

"Die... Novembris 1589. Quoad primum S. C. C. censuit non transire. Quoad secundum de cogendis contrahentibus ad observanda sponsalia nihil novi induxisset Concil. Trident. A Card. Caffa" l. 6. decretal. fol. 62.

Et abstinendum esse à coactione resistentis sponsi, vel sponsæ, & permittendas nuptias cum alia, seu alio, censuit "Sac. Cong. Conc. in Senogallien. Sponsalium 1. Septemb. 1714. in Majoricen. Sponsalium 24. April. 1723. in Mediolan. & Salernitanen. Sponsalium 13. Junii 1725. in Neapolitana 17. April. 1728. & in Gallipolitana Sponsalium 28. Februarii 1733." apud Thesaurum Resolut. Sacre Congregationis Concilii in dist. Gallipolitana tom. 6. Nec etiam cogenda sunt effectuari sponsalia inter consanguineos, seu affines intra sub conditione Apostolicæ dispensationis obtinendæ; ipsa enim declarata fuerunt irrita, & invalida à Sacra Congregatione Concilii in Brugnaten. Sponsalium 26. Januarii 1709. & in Januen. Sponsalium 12. Decemb. 1733. apud dictum Thesaurum tom. 6.

63 Unde recusantem Matrimonium contrahere post sponsalia posse quidem moneri, & juxta sacrorum canonum præscripta compelli comminatione censurarum, non autem posse præcise cogi, propugnat Rota part. 4. recentior. tom. 3. decis. 656. num. 10. & 11. part. 16. dec. 142. num. 6. & potissimum ubi adsit aliqua justa causa resiliendi à sponsalibus, quo casu Judex potest quidem monere, ut ad effectuationem Matrimonii deveniat, non autem potest cogere, neque per Censuras; & præsertim si timeatur, quod censuræ sperni possint, vel quod per Matrimonium coactè initum gravius malum oriri possit: Rota p. 10. recent. dec. 19. num. 2. & 44. part. 14. dec. 185. num. 5. In tali enim casu potest Judex omnino abstinere à censuris, si prudenter prævidet, quod ille nihil efficiat, uti prævidere potest, si animi aversio nimia dignoscitur: Sic Covarrub. de sponsalibus p. 4. §. 1. num. 5. Sanchez l. c. n. 4. & 7. cum pluribus aliis ibi allegatis, Reiffenstuel l. c. n. 164. Gobat l. c. num. 128. & plures alii.

64 Et in casu, quo talis reuens Matrimonium effectuat, fuerit ob id excommunicatus, tunc Judex ecclesiasticus non solum sponsum petentem absolutionem absolvere potest postquam diu stetit excommunicatione innodatus, sed eundem etiam non petentem absolvere tenetur: In simili enim casu æque pia, ac laudabilis praxis ecclesie est talem excommunicatum etiam non petentem, immo invitum absolvere, Sponsaque primam libertatem restituere, juxta præcisa verba Rotæ, & ad terminos Auditorium allegatarum in Comen. Sponsalium 10. Junii 1700. §. Concurrenter, coram Molini. Sic refert, & tenet expresse Ursaya tom. 7. part. 2. discep. 14. num. 17. & tom. 3. part. 1. discep. 19. n. 252.

& sic tenet cum pluribus aliis Gobat l. c. num. 128. & 129.

Tempus autem, quod decurrere debet, antequam talis reuens excommunicatus absolvatur, regulariter solet esse illud unius anni, ne postea efficiatur de hæresi suspectus, juxta disposita in Concil. Trid. sess. 23. cap. 3. cum concordant. apud Menoch. de Arbitrar. caus. 416. num. 55. Verum tamen est, quod ex particularibus facti circumstantiis Rota in decis. 242. n. 13. coram Duran. censuit esse 16. mensium, & in Majoric. Censurarum 15. Jan. 1715. §. Longum, coram Card. Scotto censuit esse spatium 17. mensium. Sic Ursaya tom. 3. part. 1. cir. discep. 19. num. 254.

65 Nec in tali casu poterit licite sponsa adhuc urgere negationem talis absolutionis à censura, ut recte docet Gobat loc. cit. num. 129. ubi insuper dicit cum Perez disp. 11. sect. 1. n. 4. quod quando est clarum periculum supradictorum gravium malorum emergens ex horrore, quem sponsus habet adversus sponsam, tunc sponsalium etiam juratorum obligatio hoc ipso cesset; argument. cit. c. Ex literis 10. de sponsalibus, ibi: Nisi rationabilis causa obstiterit, & cir. cap. Requisivit 17. eod. ibi: Cum libera debeant esse Matrimonia, monenda est potius, quam cogenda, cum coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.

66 Quamvis autem dicta sponsa non possit tali casu licite adhuc urgere negationem talis absolutionis, potest tamen licite Jure exigere compensationem omnium damnorum emergentium ex hac dissolutione, ut tradunt communiter Doctores, & expresse Rota in Majoricen. Censurarum 15. Januarii 1715. §. final. coram Card. Scotto, ubi eo tempore, quo demandavit absolutionem sponsi reuents effectuari sponsalia, adjecti modum, qui fuit refectionis omnium expensarum, tam judicialium, quam extrajudicialium in causa facti, cum reservatione jurium respectu mulieris in congruo Judicio petendi dorem, quatenus illa de jure deberetur eidem mulieri.

67 An autem pars innocens, etiam sine nullum damnum patiatur, possit ab altera parte sine legitima causa à sponsalibus recedente exigere poenam conventam: seu an sit licitum, & validum in sponsalibus apponere poenam solvendam ab illo, qui ab eis injuste resiliit? Variant Doctores. Negant enim id fieri posse Sanctus Thomas in 4. dist. 27. q. 2. art. 3. ad 4. sic expresse dicit: "Quandoque autem apponitur conditio pecuniæ per modum poenæ, & tunc, quia Matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi poena illa ab eo, qui non vult Matrimonium complere." Rota part. 15. recent. decis. 142. num. 7. & 8. Sanctus Antonius 3. p. summ. theol. tit. 1. c. 18. Tamb. l. 8. de Matrim. tract. 3. §. 3. Tannerus tom. 4. disp. 8. q. 1. num. 44. Dicast. disp. 1. dub. 26. num. 36. Beja part. 1. caus. 1. Onnate de contractibus disp. 34. n. 15. Tancredi lib. 1. dist. 30. num. 1. Kugler part. 1. n. 42. Aversa quest. 8. sect. 9. Sanchez lib. 1. disp. 10. num. 2. asserens sic omnes sentire secum, Pontas verb. Sponsalia num. 56. asserens similes poenales conventiones, aut poenales nunquam tenere, nec in foro interiori, nec in exteriori, quamvis essent juramento firmate, cum non liceat Jusjurandum servare præstitum ob rem legibus ecclesiasticis vetitam, nec efficiendam sine peccato saltem veniali, quod & tenet Sanchez, & Aversa loc. cit. cum multis aliis. Et quidem stando in rigore juris tum civilis, tunc canonici videtur habere sententiam tenenda. Etenim in jure civili leg. Titia 134. ff. de verborum obligationibus, sic expresse habetur: Respondit ex stipulatione, quæ proponeretur, cum non secundum bonos mores interposita sit, agentis exceptionem doli mali obstatutam, quia inhonestum visum est vinculo pænæ Matrimonia obstringi, sive futura, sive jam contracta, & in l. Mulier 5. Cod. de sponsalibus in fine, ita expresse statuitur: Extra diffinitionem autem hujus legis, si cautio poenam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit, cum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debeat, & in leg. Libera 9. Cod. de nullitibus stipulationibus sic reperitur præcise sancti